

FACULTATES ET APPROBATIONES
SUPERIORUM

PRO PRIMA EDITIONE GERMANICA.

NOS FR. THOMAS RIPOLL,

S. Theologiæ Professor, ac totius Ordinis Præ-
dicatorum humilis Magister Generalis &
Servus.

Harum serie nostrique Authoritate Officii ti-
bi Reverendo Patri Fr. Raymundo Bruns
Provinciæ nostræ Teutoniæ, quantum in no-
bis est, licentiam concedimus typis evulgandi
Opusculum a te studiose elaboratum, cui Ti-
tulus: *Catholica Instructio, Preces ac Cantiones
in usum Missionum in Regno Borussia &c.* Dum-
modo idem opusculum prius a duobus Ordinis
nostri in Theol. Magistris ab A. R. P. Magistro,
Provinciali Teutoniæ specialiter & nominatim
ad hoc deputandis exacte & accurate revisum
& tanquam prælo dignum approbatum fuerit.
Servatis etiam cæteris de Jure servandis. In
nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen.
In quorum fidem his propria manu subscriptis,
Sigillum officii nostri apponi iussimus.

Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super
Minervam die 12. Julii 1738.

Fr. Thomas Ripoll,
Magister Ordinis.

Registr. p. 6.

Fr. Emericus Langenwalter
Mgr. & Socius General.
pro Germania mpp.

(L.S.)

Jussu Dignissimi Patris Magistri Provincialis
P. Fr. Adolphi Frisch attenta mente legi
& relegi Libellum intitulatum: *Catholisches
Unterrichtungs-Gebett- und Gesang-Buch* re-
ex ardenti animarum zelo, singulari studio &
industria Reverendi Patris Raimundi Bruns
Ordinis Prædicatorum, Missionarii Apostoli-
ci &c elaboratum, ac tali quidem verborum
claritate ex uberrimis sacrae Scripturae testimo-
niis fideliter desumptum, ut nihil fidei ortho-
doxæ aut sanis moribus contrarium invenerim,
ideoque dignum, ut typis mandetur, censeo.
Datum Aquisgrani in Conventu SS. Apostolo-
rum Petri & Pauli, die 13. Octobris 1738.

*Fr. Hubertus Sturm, Ord. Præd. Ma-
gister, in Universitate Colonienſi
SS. Theologiae Doctor Ordinarius
& de Consilio, p. t. Prior Aquensſis
mpp.*

Jussu A. R. ac Dignissimi Patris Magistri Pro-
vincialis nostri P. Fr. Adolphi Frisch Li-
brum, cui Titulus: *Catholisches Unterrich-
tungs-Gebett- und Gesang-Buch* opera &
studio R. P. Fr. Raymundi Bruns Ordinis
nostri Sacerdotis ac Missionarii in Potsdam &c.

elucubratum perlegi, nihilque in eo reperi contra fidei catholicæ puritatem aut morum probitatem; quin potius in eodem deprehendi doctrinam sanam ac catholicam clarissimis sacre Scripturæ textibus roboratam, atque seposito omni verborum amarore dilucide explanatam, nec non pias ad Deum orationes fidelium corda ad veram devotionem manducentes &c. Opus igitur præsens veritatis ac pietatis sectatoribus multum perutile judico, dignumque censeo, ut in lucem prodeat, & præli beneficio gaudeat. Datum Coloniae in Conventu S. Crucis, Ordinis Prædicatorum die 30. Novembr, 1738.

*Fr. Petrus Brantten, Ord. Prædicat.
SS. Theologiæ Magister, ejusdemque in Universitate Coloniensi Doctor ac Præfessor Ordinarius, p. t. Prior Coloniensis mpp.*

LEOPOLDUS

Dei & Apostolicæ Sedis gratia,
Episcopus Helenopolitanus, SS.
D. N. D. Clementis D. P. Papæ XII.
Præ-

Prælatus domesticus, & Pontificio Solio Assi-
stens, Ejusdem ac S. Sedis per Septentrio-
nem & Saxoniam superioreim & inferio-
reim Vicarius Generalis Apostolicus.

Cum Libellus, cui Titulus: *Catholisches
Unterrichtungs- Gebets- und Gesangs-
Buch* a R. P. Raymundo Bruns Missionario
Apostolico conscriptus; prævio Examinato-
rum calculo approbatus, & prælo publico di-
gnus judicatus sit: Hinc eundem tamquam so-
lidæ Christianæ pietatis exercitia continentem
ad augendam majorem Dei gloriam & pro-
movendum animarum fructum, omnibus Chri-
sti fidelibus in Provinciis Vicariatus nostri A-
postolici degentibus in Domino commenda-
mus. In quorum fidem has propria manu
subscriptas per Secretarium nostrum expediri
& Sigillo nostro communiri jussimus. Datum
Hildesii die decima Mensis Decembr. 1738.

*Leopoldus Episcopus He-
lenopolitanus Vicarius A-
postolicus.*

*De Mandato Illustrissimæ
& Reverendissimæ Do-
mini mei*

(L.S)

Leonardus Speffetti, mpp.

APPROBATIONES THEOLOGORUM
ROMANORUM
PRO SECUNDA EDITIONE GERMANICA.

Attente perlegi Librum, cui Titulus: *Catholisches Unterrichts- Gebett- und Gesang- Buch* ab A. R. P. Raymundo Bruns S. Ord. Prædicatorum Missionario accuratissime compilatum, clarissimis S. Scripturæ textibus firmatum, Berlinii jam prima vice impressum. Et quia nihil bonis moribus, aut Fidei Romano-Catholicæ contrarium, quin potius omnia & singula eidem Fidei purissimæ conformia reperi, illud pro fidelium utilitate denuo ac tutissime reimprimi posse censeo. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu nostro Carmelitarum S. Mariæ Transpontinæ die 30, Septembr. Anno 1741.

*Fr. Julianus a S. Basilissa S. Theolog.
Lector Jubilatus & Assistens Generalis Carmelit. pro Germania & Polonia mpp.*

Librum cui titulus: *Catholisches Unterrichts- Gebett- und Gesang- Buch* laudabili studio & industria A. R. P. Raymundi Bruns Ordinis Prædicatorum Sacerdotis & Missionarii Apostolici concinnatum, & multis S. Scripturæ testimoniis illustratum, atque jam

ante hac pro prima editione a duobus ejusdem
S. Ordinis deputatis dignissimis Magistris ac
in Universitate Coloniensi S. Theolog. Do-
ctoribus revisum & approbatum attente legi,
in quo nihil prorsus a Fide orthodoxa mori-
busque aversum, quinimo omnia Doctrinæ
Romano-Catholicæ consona inveni: dignum
proinde censeo, ut denuo servatis servandis
typis mandetur. Datum Romæ in domo no-
stra Probationis Scholarum Piarum, die 30.
Septembris Anno 1741.

*Basilius a S. Antonio Assistens Gene-
ralis Scholarum Piarum mpp.*

Catholicarum institutionum librum a R. P.
Fr. Raymundo Bruns Ord. Præd. Mis-
sionario Apostolico in Germanico idiomate com-
positum attente perlegi, & nihil in eo funda-
tæ a Christo Domino nostro fidei, aut bonis
moribus contrarium, quinimo accuratissimam
cum Doctrina Romano-Catholica consonan-
tiam, & quidem luculentis sacræ Paginæ autho-
ritatibus singulari commendabilique studio
ubique consolidatam reperiendo, eundem ad
fidelium orthodoxorum consolationem, he-
terodoxorum autem sola ex divinis Scripturis
petita argumenta in fidei testimonia admitten-
tium confutationem iteratis typis utilissime
com-

commendandum censeo. Romæ in Conventu
S. Mariæ super Minervam, hac die 30. Sept.
1741.

*Fr. Dominicus Gentis Ord. Prædic.
S. Theol. Magister & in Universi-
tate Coloniensi Doctor, ac Collegii
Casanatensis de Urbe Theologus pro
Natione Germanica mpp.*

FACULTATES ET APPROBATIONES
ROMANÆ PRO EDITIONE LATINA.

NOS FR. THOMAS RIPOLL,
S. Theologiæ Professor, ac totius
Ordinis Prædicatorum humilis Magister
Generalis & Servus.

Harum serie, nostrique autoritate Officii,
quantum in nobis est, tibi R. P. Fr.
Raymundo Bruns Missionario Apostolico pro
Communitate & prætoria Cohorte Catholica
Potsdamii potestatem facimus, ut librum Ca-
tholicarum Institutionum in usum Missionum
in Brandenburgicis & Borussis Ditionibus a te
compilatum, & in idiomate germanico Bero-
lini 1738. cum debitis ac requisitis facultati-
bus typis editum, nunc vero in idioma Lati-
num translatum denuo typis evulgare possis,
dummodo is prius ab A. A. R. R. P. P. Magi-
stris

stris Theologis Collegii Casanatensis P. F. Petro Killikelly, & P. F. Dominico Gentis, quos ad hoc tenore præsentium specialiter deputamus, revisus, & tanquam prælo dignus approbatus fuerit; servatis etiam cæteris omnibus de jure servandis. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. In quorum fidem his propria manu subscriptis Sigillum Officii nostri apponi jussimus. Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam die 26. Augusti 1741.

Fr. Thomas Ripoll
Magister Ordinis

(L.S.)

Registr. pag. 14.

Fr. Emericus Langenwalter,
Mgr, & Socius Generalis
pro Germania mpp.

*Imprimatur sive in Urbe sive extra
Urbem servatis servandis.*

FR. NICOLAUS RIDOLFI

O. P. Sacri Palatii Apostolici

Magister mpp.

Catholicarum institutionum Librum a R. P. Fr. Raymundo Bruns O. P. Missionario Apostolico in germanico idiomate compositum, nunc vero latinitati fideliter donatum ex commissione Rmi P. Magistri Generalis attente perlegi. Cum vero in eo nihil fundatæ
a Chri-

a Christo Domino nostro fidei, aut bonis moribus contrarium, quin imo accuratissimam cum doctrina Romano - Catholica consonantiam, & quidem luculentis sacræ paginæ autoritatibus singulari commendabilique studio ubique consolidatam repererim; hinc eundem ad fidei consolationem & confortationem, a catholicorum vero sola ex divinis scripturis petita argumenta in fidei testimonia admittentium confutationem latius etiam typis utilissime commendandum censeo. Romæ in Conventu S. Mariæ super Minervam hac die 2. Septembr. 1741.

Fr. Dominicus Gentis O. P. S.
Theologiæ Magister, & in
Universitate Coloniensi Do-
ctor, ac Collegii Casanaten-
sis de Urbe Theologus pro
Natione Germanica mpp.

*Imprimatur sive in Urbe, sive extra
Urbem, servatis servandis.*

FR. NICOLAUS RIDOLFI
O. P. Sacri Palatii Apostolici
Magister mpp.

Infra scriptus Jussu Rmi P. Fr. Thomæ Ripoll
totius Ordinis Fratrum Prædicatorum Ma-
gistri Generalis attente legi opusculum, cui
titulus: Catholicarum institutionum liber &c.
compositum a R. P. Fr. Raymundo Bruns Pro-
viii-

vinciæ Teutoniæ Ord, Prædicatorum Alumno,
nuper ex germanico idiomate latinitati reddi-
tum. Quod quidem dilucido ordine & per-
spicua brevitate summam Doctrinæ Christianæ
expositam juxta genuinum sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ sensum complectitur, heterodoxorum-
que errores prudenter impugnat, ac modeste
refellit. Quare dignum censeo, ut ad ulce-
riorem fidelium utilitatem, ac juventutis in-
structionem iterum in lucem edatur. Datum
Romæ in Collegio Casanatensi apud S. Ma-
riam super Minervam die 5. Septembr. 1741.

Fr. Petrus Killikelly O. P. S.
Theologiæ Magister, ac
Theologus Casanatensis pro
Hibernia mpp.

*Imprimatur sive in Urbe, sive extra
Urbem servatis servandis.*

FR. NICOLAUS RIDOLFI
O. P. sacri Palatii Apostolici
Magister mpp.

De mandato Reverendissimi P. Nicolai Ri-
dolfi Sacri Apostolici Palatii Magistri at-
tente perlegi opusculum, cui titulus: Catho-
licarum institutionum liber in usum Missionum
Catholicarum pro Brandenburgicis & Borussi-
cis

cis ditionibus editus & directus ab A. R. P. Fr. Raymundo Bruns O. P. &c. nihilque in eo offendi Catholicæ fidei & Christianis moribus obnoxium. Quinimo omnia in eo reperi in-nixa divinis Sacræ Scripturæ Oraculis, genuinis SS. Patrum explanationibus, ac senioris Theologiæ fundamentis, adeo solide ac feliciter, ut mihi visum sit in eo introspicere veluti compendio collectam omnem armaturam fortium, tum ad retundendos improbos heterodoxorum conatus, tum ad devios adducendos in viam veritatis una simul & salutis. Propterea tanquam sacris Missionibus summopere profuturum, ut typico prælo queat commendari, censebam. In Conventu SS. Apostolorum de Urbe hac die 25. Novembr. A. D. 1741.

Fr. Innocentius Balestracci
Ord. Min. Con. sacræ Ro-
manæ universalis Inquisi-
tionis Consultor mpp.

*Imprimatur sive in Urbe sive extra
Urbem servatis servandis.*

FR. NICOLAUS RIDOLFI
O. P. sacri Palatii Apostolici
Magister mpp.

Librum Catholicarum institutionum in usum
Apostolicarum Missionum ab A. R. P. Fr.
Raymundo Bruns O. P. teutonice primum lin-
gua editum, novissime vero latinitate donatum,
mandante Reverendissimo Patre Nicolao Ri-
dolfi

dolfi sacri Palatii Apostolici Magistro sedulo
evolvi. Cum autem laudatum opus sana do-
ctrina, veris, optimisque Christianæ fidei præ-
ceptis & monitis refertum compererim, publi-
ca luce donandum censeo. Datum Romæ in
Collegio S. Mariæ Transpontinæ II. Kalend.
Februarii 1742.

Fr. Petrus Thomas Cacciari Carme-
lita Cleri Romani Examinator A-
postolicus, & in Collegio propa-
gandæ fidei sacrae Theologiæ Po-
lemicæ Professor mpp.

*Imprimatur sive in Urbe, sive extra
Urbem servatis servandis.*

Fr. NICOLAUS RIDOLFI
O. P. sacri Palatii Apostolici
Magister mpp.

NB. In folgender Tafel kan man bis
1775. sehen, wann Ostern und die an-
dere bewegliche Feste einfallen.

Der Buchstabe, so im zweyten Feld ste-
het, bedeutet desselben Jahrs Sonns-
tag; wo aber 2. Buchstaben stehen,
bedeutet ein Schalt-Jahr, und als-
dann gilt der erste Buchstabe nur bis
auf S. Matthias-Tag, darnach gilt
der andere.